SIMVLTANEAM INVESTITVRAM IN FEVDIS LVSATIAE SVPERIORIS

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

INDVLTV

PRO CONSEQVENDIS

SVMMIS IN VTROQVE IVRE

HONORIBVS

DIE XVII. SEPT. MDCCL.

H. L. Q. C.

VENTILANDAM

PROPONIT

ERDMANN GOTTLIEB HARTMANN

CVRIAR. LVSAT. SVPER. ADVOC.

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMIANA.

§. I.

Iura sua singularia, consuetudinesque suas peculiares, ab antiquissimis temporibus et multis retro seculis retinuit Lusatia superior, adeo vsque, vt regno Bohemiae, cuius regi IOHANNI Lucemburgico annis 1319. et 1329. Marchia Budissinensis et Goerlicensis se sponte submiserat, ab eius filio et successore CAROLO IV. se quidem anno 1355. incorporari, neutiquam vero eius legibus moribusque adstringi passa fuerit. Vid. HOFFMANN. *Script. rer. Lusat. Tom. 4. diplom. 25. 34. 39. p. 186. 193. 195.* Carpzovs Oberlausitzischer Ehren-Tempel *Lib. I. C. I. p. 9. seq.* Eandemque libertatem non solum per aliquot secula illibatam seruauit, sed et a Serenissimo Electore Saxoniae IOH. GEORG. I., quum Imperator et Rex Bohemiae FERDINANDVS II. ipsi anno 1635. vtramque Lusatiam cederet, salua sua Iura, priuilegia, saluam incorporationem, saluas Constitutiones, immunitates et Consuetudines sibi stipulati sunt ordines prouinciae, neque Edictorum, Constitutionum et reliquarum Legum Saxonica-

Lusatiae superioris Iura singularia.

rum Electoralium, in decidendis domesticis controuersiis, negotiis peragendis, delictis puniendis, modo causas in foro orandi etc. hucusque vllam habuerunt rationem.

§. II.

Quae iura in Lusat. super. obtinent.

Quoties itaque in patria actio aliqua vel causa in litem deducitur, toties sententia et decisio a Iuribus prouincialibus et receptis petitur. Primum locum in Lusatia super. obtinent Statuta localia, Priuilegia, Edicta, Constitutiones, Decisiones regum Bohemiae et Marchionum Lusatiae, Sanctiones Ordinum in comitiis compositae, arduis in negotiis a Serenissimo ratificatae et a Praesidibus prouinciae publicatae, quae Iura municipalia magna ex parte non solum in librum, Corpus Iuris Lusatiae superioris inscriptum, redactae, sed et partem tertiam Codicis Augustei anno 1724. publici iuris facti constituunt.

Caue tamen tibi persuadeas, illud scriptum quod nomine der Landes Ordnung *d. a. 1551. Codici huic P. 3. p. 82.* insertum, in Lusatia vnquam ordinis vtriusque Consensu compositum et promulgatum esse. Nulla enim ei vis legis tribuitur, quamuis loci dignitas multos eius rei ignaros in errorem inducat. Legibus Domesticis casum obuium non discutientibus decisio in Iure communi Saxonico quaeritur, quod seculo decimo in patria fuisse introductum, rerum gestarum monumenta docent. Quum enim HENRICVS Auceps Imperator, Geronem Saxonem, Lusatiae Marchionem ad debellandos Sorabos, Venedos et excursiones barbarorum arcendas praefecisset, hicque eos, maximis gentis suae copiis ad internecionem vsque confecisset; Saxones plures, vacuas possessiones occupantes, domicilium in Lusatia superiori fixerunt, et tanquam victores dominantes, Iura Saxonica introduxerunt. vid. GLOSS. *ad* L. R. *lib. 2. n. 12.* WEICHBILD *art. 10. conf.* L. R. *lib. 3. art. 62.* LEVBER *de Stapul. Sax. no. 1340* GOLDAST. *Tr. de regn. Bohem. Lib. I.*

Lib. I. C. 16. §. 3. L. 4. C. 13. §. 1. - 6. CARPZ. Ehren-Tempel *P. I. C. 8.* Inde et in Priuilegio a MAXIMILIANO II. Vasallis Lusatiae concesso, *Cod. Aug. P. 3. p. 350.*, in Ordinatione Praefecturarum confirmata, *P. I. §. 17. ibid. pag. 150.*, in MATTHIAE Imper. Edicto d. a. 1611. §. Anreichende. *ibid. p. 141.*, item in Proem. et §. Ob nun zwar :c. Ord. Feud. *ibid.* p. 352. 355., Ius Saxonicum commune dicitur dieses Ortes Landübliche Recht. vid. Churfürstl. confirmirtes Bedencken wegen derer Hülffs-Processe §. Gleichergestalt, wenn :c. *Corp. Iur. Lus. p. 209. consul.* REINHARDT. *dissert. de Accessionibus Iuris in Marchionatu Lusat. super. §. 20. seqq.* In subsidium denique Iura Ciuilia Romana et Canonica adhibentur. Quod si vero Augustissimus Legislator Constitutionem quandam nouam in Lusatia superiori promulgari velit, mentem declarat Curiae superioris Praesidi, qui praeuia Ordinis vtriusque deliberatione, an lex conueniat analogiae Iuris patrii, eam per litteras patentes typis expressam cuilibet Vasallorum et Magistratibus Ciuitatum insinuandam et publicandam curat.

§. III.

Indoles feudorum Lus. super.

Praesertim circa feuda Lusatiae superioris eminet Iuris singularitas et amplissima Vasallorum Priuilegia, Libertas sane inaestimabilis. Libere in patria alienat clientulus feudum siue nouum siue antiquum, siue simultanee Inuestiti adsint, siue minus; Feminis licet acquirere feuda etiam masculina quouis titulo per actum inter viuos celebrato; Defuncto sine descendentibus masculis Vasallo, feudum tam nouum quam antiquum, ad agnatos, licet non sint speciatim simul Inuestiti, vsque ad septimum gradum ipso iure transfertur; Feudatarius de successione agnatorum in feudo, in Testamento et alia vltima voluntate valide disponit, remotiorem proximiori inuito rite praefert; patruus et fratris

liberi in ſtirpes ſuccedunt; cuilibet feudo annexa eſt Iurisdictio ſuperior; ſimultanee Inueſtitus, ſiue mutatio in manu dominante ſiue in manu ſeruiente contingat, ante realem feudi apprehenſionem poſſeſſionemque, Inueſtituram renouare non tenetur, et quae ſunt reliqua Priuilegia.

An Luſatiae feuda ſint propria?

Non itaque difficultates mouebit quaeſtio, an feuda Luſatiae ſuperioris ſint propria an impropria. Si enim ea dicis feuda propria, quae vbique ſequuntur inſtituta Iuris Longobardici, noſtra ſane, quorum natura maxime ab illo recedit, erunt impropria. Quin et B. a LVDEWIG *in different. Iuris feud. Comm. atque Luſat. differ. I.* non incongrue iudicauit, feuda Luſatiae eſſe in numero oblatorum, quae formula cenſeri ſolent leniori.

Nihilominus tamen et haec Luſatiae feuda, intuitu iuris patrii, diuiſionem in propria et impropria omnino patiuntur, prout legibus prouincialibus naturam feudorum delineantibus ſint conformia vel minus. Ita feudum, in quo feminae ſuccedunt, vel de quo illimitate Teſtamentum condere licet Vaſallo, et Iure Luſatico impropriis eſt annumerandum. Sed plura de omni feudorum domeſticorum natura diſſerere nimis longinquum foret. Iam equidem ſubſiſtam in ſimultanea Inueſtitura, quae in Luſatia ſuperiori multa prorſus ſingularia et notatu digna prae ſe fert, cuius Capita praecipua ac ſimul Inueſtitorum rationes ad viuum reſecare animum induxi.

§. IV.

Definitio ſimult. Inueſtiturae Luſat. eiusque natura.

Simultanea Inueſtitura vti in Luſatia ſuperiori accipitur, *eſt actus, quo feudi noui dominium vtile eiusque exercitium euentuale alteri conceditur.* Minime ſpes ſola, nec Ius communis manus euentuale, ſed purum in ſimul inueſtitum confertur, atque etiam ſuos producit effectus. Vti vero a parte ſimultanee Inueſtiti in Luſatia nullum plane factum in hoc negotio concurrit, neque is fidem Vaſalliticam pro-

promittit, multo minus homagio se obstringit, nec vlla ipsi, in actu Inuestiturae absenti, fit traditio; Ita vicissim omni Dominii vtilis exercitio penitus destituitur, nulla potestas suppetit, alienationem Vasalli eiusque liberam dispositionem prohibendi, omnis potius effectus et executio Iuris quaesiti a futuro euentu incerto imo ab arbitrio Vasalli dependet.

Ius quidem succedendi purum, successio tamen ipsa est euentualis. Multum autem aberraueris, si Iura in Saxonia Electorali circa simultanee Inuestitos constituta ad nostram communem Lusatorum manum velis applicare, quippe quae toto coelo, vt postea patebit, inter sese differunt. Incertum est, an casus vacationis feudi vnquam sit exiturus, incertum, an Vasallus eiusque descendentes feudi capaces aliquando sint emorituri. Maxime dubitandum, Vasallos eorumque posteros facultate feudum alienandi nunquam vsuros esse. Quin et ipsi integrum, Testamento rem clientelarem remotiori agnato simul Inuestito in praeiudicium proximioris relinquere. Simulac ergo feudatarius hanc libertatem alienandi in vsum conuertit, existit conditio, quae Communem resoluit manum, eique omnem praecidit effectum. Extincto vero Clientuli stemmate, executionem Iuris antea quaesiti perfecti, hucusque suspensam consequitur simul Inuestitus, atque Dominii vtilis cum possessione et vsufructu coniuncti fructus percipit.

§. V.

Diuiditur communis haec manus in Lusatia in *Generalem*, *Specialem* et *Specialissimam*. Haec posterior nititur familiarum quarundam pactis, autoritate Serenissimorum Marchionum superioribus seculis roboratis, et ante MAXIMILIANI II. Imper. aetatem inualuerat, cum eo tempore agnatis nullum Ius succedendi in feudo competeret. Hodie postquam ex Priuilegio MAXIMILIANI II. ratio haec principalis cessat, non est, quod mireris, speciem istam simultaneae *Diuisio simult. Inuestiturae.*

Inue-

Inueſtiturae in deſuetudinem abiiſſe; Aſſeruant tamen noſtro adhuc aeuo, quaedam generoſae gentes v. g. nobiles A SALZ et A NOSTIZ eiusmodi communes manus a maioribus ſtabilitas.

Quum vero pacta hic dent legem in ſucceſſionibus et diſpoſitione circa feudum, inde de ſpecialiſſima infrequentis huius coniunctae manus diſcuſſione non erimus ſoliciti.

§. VI.

Differentiae inter Generalem et ſpecialem Communem manum.

Potius ad priores ſpecies, Generalem et ſpecialem nos conuertimus communem manum, vbi quidem inter vtramque maxima intercedit differentia. *Generalis* enim Priuilegio MAXIMILIANI II. Imp. anno 1575. ſancito, ſuam acceptam fert originem, hinc et legalis ſiue tacita dicitur.

Specialis vero a voluntate Vaſalli feudum nouum acquirentis expreſſa dependet. *Illa* Iuris, *haec* facti. *Illa* debetur diſpoſitioni Legis, *haec* beneficio Vaſalli; *Illa* omnibus feudis, ſiue antiquis, ſiue nouis, quae poſſident maſculi, ineſſe praeſumitur, *haec* in quibusdam tantum obtinet et de ea ante Inueſtituram feudi noui conuentio ineunda; *Illi* in feudo nouo a femina adquiſito non locus, *huic* omnino. *Hac* exiſtente, *illa* ſimul locum ſibi non vindicat. *Illa* et inuito Vaſallo agnatis tribuitur, *haec* non niſi Vaſallo conſentiente et petente conceditur. *Illius* ſolum agnati vsque ad ſeptimum gradum capaces; *Hanc* et extranei, licet non conſanguinei nec neceſſarii acquirunt; In *illa* litterae reuerſales exulant, in *hac* omnino conſuetae. *Ibi* agnatorum nomina in litteris Inueſtiturae non exprimuntur; Contra, *huic* communi manui initiati in inueſtiturae inſtrumento vtique denominantur. Iam de vtraque ſigillatim et paulo vberius commentari operae erit pretium.

§. VII.

Generalis communis Lusatiae manus in Vasallorum, Agnatorumque gratiam introducta ex munificentia MAXIMILIANI II. Imperatoris et Regis Bohemiae fuit profecta. *Corp. Iur. Lus. p. 451. Cod. Aug. P. 3. p. 350.* Allucinatus est ideo B. STRYK. *in dissertat: de feudis Lusat. super. C. I. §. 17.* quam HOFFMANNVS operi suo de *scriptor. rerum Lusatic. Tom. 3. p. 54.* inseruit, arbitratus, MAXIMILIANVM II. Imp. hoc priuilegio anno 1575. condito non nouum Ius constituisse, potius inueteratas consuetudines confirmasse. At enim vero, antea vigebat Iuris feudalis Saxonici, quod in Lusatia vsu erat receptum, institutum c. 6. 21. 22. 32. : nulli agnato, ne quidem a primo acquirente descendenti, competere facultatem succedendi Vasallo, nisi agnatus expresse sit simultanee Inuestitus. *Origo simul Inuestiturae generalis Maximiliano II. Imp. debetur.*

Habes causam, ob quam tunc temporis inter plerasque familias simultaneae Inuestiturae specialissimae, quarum §. 5. mentionem fecimus, erant frequentissimae. Nihil enim tum rationibus suis consultius esse, intelligebant Vasalli, quam per pacta a Serenissimis Marchionibus et Regibus Bohemiae confirmata, mutuam sibi inuicem successionem et varias conditiones stipulari, eo animo, vt feudum vi Communis manus eo diutius penes gentem remaneret, nec apertura, qua ad Dominum rediret, tam subito existeret. Atque ex FERDINANDI I. priuilegio anno 1544. lato, quod Vasallis improlibus, obaeratis, et iuuenile robur publico specimine comprobantibus, alienationem feudorum aperturae proximorum concedit, *Corp. Iur. Lus. p. 197. Cod. Aug. P. 3. p. 348.* constat, feudi, cuius possessor nec descendentibus masculis, neque speciatim simultanee Inuestitis gaudebat, ea aetate fuisse caducitatem instantem. Parum itaque hoc Priuilegium FERDINANDEVM attulisset commodi, si agnatis intra septimum gradum succedendi ius iam quaesitum

fuiſſet. Et cur quaeſo Luſatiae ſuperioris Vaſalli hanc communem manum generalem, tam iteratis ac indefeſſis precibus tantoque pretio ſibi redemiſſent, vti Diploma MAXIMILIANI *Corp. Iur. Luſ. p. 451. Cod. Aug. P. 3. p. 350.* teſtatur, ſi iam antiqui mores et vetus conſuetudo, omnibus Agnatis Ius hoc coniunctae manus tribuiſſent? Quin et monumenta manuſcripta fide digna docent, Vaſallos Luſatiae annis 1556. 1557. 1562., quum interpretibus ſuis ad Regem Bohemiae ablegatis, gratiam coniunctae manus generalis ſibi indulgeri, ſupplices oraſſent, repulſas tuliſſe; tandemque omnem mouentes lapidem, praeuio Promarchionis ſeu Praetoris Prouinciae conſilio, qui ex petita hac conceſſione, propterea, quod pleraeque gentes nobiliores, per pacta auctoritate regum roborata Ius ſuccedendi mutuum nactae eſſent, in Sereniſſimum Dominum parum aut nihil incommodi eſſe redundaturum, ratus erat, Priuilegium tanta contentione efflagitatum, in compenſationem honorarii ſatis ampli erogati impetraſſe.

§. VIII.

Adquiſitio ſimult. huius Inueſtiturae.

Indubitatae itaque eſt veritatis, Vaſallorum agnatos, ex MAXIMILIANI demum priuilegio, ſimultaneam Inueſtituram ſibi conciliaſſe. Latiori hoc ſenſu ſumitur Agnatus, quam quidem Iure Longobardico, quod iis tantummodo agnatis regulariter ſucceſſionem largitur, qui a primo acquirente deſcendunt *I. F. 8. 20. II. F. 11. 17. 18. 31.* In Luſatia ſuperiori vero ex Inueſtitura Vaſalli feudum nouum acquirentis, eius in aſcendente linea et a latere iuncti, Communem manum et ſucceſſionem ſubinde euentualem, ipſo iure conſequuntur, nec hic intereſt, ſiue Vaſallus principalis conſentiat ſiue diſſentiat, ſiue agnati ſint conterranei ſiue exteri. Sufficit agnatio et Inueſtitura Vaſalli, quae vtramque hic faciunt paginam. Feminae tamen feudo inueſtitae, propinquis maſculis non acquiritur ſimultanea Inueſtitura,

uestitura, cum agnationis notio in mulierem eiusque consanguineos proprie non cadat. Inde si rem clientelarem acquirit, consultum ei est, quosdam ex amicis vel propinquis simul Inuestiendos domino offerre, ne descendentibus masculis destituta feudum fiat caducitati proximum. Quum igitur coniuncta haec manus non ex beneficio Vasalli sed ipsa Lege agnatis tribuatur, inde hoc loco litterarum reuersalium, quas alioquin simul Inuestiendi exhibere solent, nullum esse vsum, nullam applicationem, in aprico est. In ipsa feudi inuestitura non praesentantur Domino agnati, nec eorum nomina recensentur, multo minus fidelitatem conceptis verbis pollicentur, vel homagium praestant, ideo nec quoque Inuestiturae testimonium accipiunt, sed tantum Praeses Curiae feudalis in litteris Inuestiturae Vasallo exhibitis profitetur, deficientibus eius descendentibus masculis, feudum ad ipsius agnatos proximos translatum iri.

Litterarum reuersalium hic nullus vsus.

§. IX.

Iure Saxonico communi aeque ac Electorali nulla agnatorum successio, licet a primo acquirente descendant, nisi simultaneam Inuestituram nacti fuerint *I. F. Sax. c. 6. 21. 22. 32. Edict. Torgau. Tit.* Welchergestalt die *Agnaten §.* Dieweil denn ꝛc. *it. §.* Und dieses alles *Cod. Aug. P. I. p. 150.* Praerogatiua itaque plane singulari gaudent Lusatiae super. Vasalli, quorum agnati in feudo nouo pariter ac antiquo ex solo Legis beneficio succedunt. Notandum hic erit, diuisionem feudi in nouum et antiquum in nostra Lusatia non nisi in eo vsum praebere, vt illud acquirenti quosdam in simultaneam Inuestituram cooptandos praesentandi facultas competat, quod in feudis antiquis non licet. Ceterum omnia, quae patria complectitur feuda, iura antiquorum prae se ferunt. Defertur igitur Iure sanguinis, praesidio communis manus successio in feudo ad agnatos descendentes, ascendentes et collaterales intra septimum gradum

Effectus simult. Inuestiturae legalis, Successio Agnatorum.

dum conſtitutos, qui vt plurimum fit, non a primo acquirente deſcendunt, ſed ipſi a latere tantum ſunt iuncti. Neque etiam diuiſio feudi, fratribus vel agnatis communis, his, quod Iure Saxonico feudali c. 32. et Electorali C. 45. P. II. fieri certum eſt, praeiudicium infert, multo minus Agnati coniunctae manus eam ob cauſam iacturam faciunt, potius quam diu durat Ius ſanguinis, tamdiu ſalua manet ſucceſſio, *conf. Priuileg.* MAXIMIL. *Corp. Iur. Luſ. p. 453.* ibi verba: Sie wären getheilet oder ungetheilet, Lehns-Ordnung §. Mit den unmündigen *verſ.* Do auch Brüder *Corp Iur. p. 458.* Proximior tamen excludit remotiorem, niſi Vaſallus in gratiam remotioris agnati, in teſtamento aliud diſpoſuerit. Sed quaeritur vtrum Agnati in Linea collaterali eodem gradu conſtituti in Capita an in ſtirpes ſuccedant. Prius regulariter affirmandum, poſterius negandum. Ius enim Saxonicum commune quod in Luſatia deficiente Lege ſtatutaria obtinet, Lib. 1. art. 13. 17. inter collaterales haud admittit ſucceſſionem in ſtirpes vel Ius repraeſentationis, ſed tantum proximitatis gradus attendit.

Agnati ſuccedunt in capita non in ſtirpes.

Accedit, quod Priuilegium illud MAXIMILIANEVM edicat, feudum, defuncto Vaſallo improle, transferendum ad proximum quemque agnatum, adiecta clauſula nach rechter Sip Zahl ꝛc. Iuris autem interpretes vi huius clauſulae ſimul Inueſtitos, ſecundum proximitatem et graduum praerogatiuam vocari, neque locum eſſe ſucceſſioni in ſtirpes vel Iuri repraeſentationis cenſent. CARPZ. *P. 3. C. 29. d. 11. 7.* Vti vero Ius Saxonicum Electorale *C. 29. P. 3.* fratris liberos cum patruo ſuo in ſtirpem ſuccedentes admittit, ita et feudales Luſatorum conſuetudines non hoc ſolum caſu Iuri repraeſentationis locum dant, ſed et ipſa ordinatio feudalis Luſat. ſuper. a IOH. GEORG. I. anno 1652. ſancita, eiusque §. Und weiln es *Corp. Iur. Luſ. p. 459.* conſtituit, Vaſalli defuncti patruum et fratris liberos ſuccedere in ſtirpes;

Exceptio.

Vtraque

Vtraque tamen exceptio a Regula ad casus reliquos et remotiores agnatos non est extendenda, id quod etiam in Saxonia Electorali Iuris est. CARPZ. *P. 3. C. 29. def. 7.*

§. X.

Agnati igitur intra septimum gradum inclusiue constituti succedunt, secundum ordinem et proximitatem gradus. Sed quid de computatione gradus statuendum? *Singularis hic graduum computatio.*

Ciuilem circa res clientelares vt in aliis successionibus adhibendam esse docet STRYK. *Exam. Iur. feud. C. 16. qu. 18.* STRVV. *Cap. 9. th. 7. no. 19.*, quam et ad Priuilegium nostrum MAXIMILIANEVM applicat SIGEL. in *dissert. de Simult. Inuestitura sine Consensu Vasalli impetrata* §. 14. At singularem inueterata Lusatici fori consuetudo contra regulam Iuris communis introduxit computandi modum, siquidem in sanctione feudali §. Wenn auch wegen Raitung *Corp. Iur. Lus. p. 459. iung. Priu.* MAXIMIL. *ibid. pag. 452. verb.* biß in siebenden Grad vermöge Sächßl. alß dieser Ort Landüblichen, gebräuchlichen Rechtens Raitung, cautum, gradus non ad normam Iuris feudalis communis, sed Iuris Prouincialis Saxonici *Art. 3. lib. 1.* L. R. numerandos esse. Quem textum si perlustraueris computationis Canonicae rationem ibi haberi intelliges. Quod si tandem intra septimum gradum nullus sit agnatus, quod rarissime accidere patet, nec Vasallus amicos simul Inuestitos habeat, eo defuncto feudi apertura existit, et clientela ad Dominum reuertitur. Nolim autem Tibi persuadeas hanc Communis manus successionem ad Agnatos domesticos, et qui in Lusatia sedem tenent, restringi; Conceditur aequali Iure peregrinis et in exteris prouinciis habitantibus agnatis, ea tamen lege, vt si ad successionem et feuda Agnatorum Lusaticorum adspirare iisque se quondam locupletari cupiunt, redhostimenti loco, et suos agnatos Lusaticos, salua quidem libera de feudis dispositione, in simultaneam Inuestituram autoritate *Succedunt et exteri Agnati.*

 toritate

toritate et consensu Domini cooptandos curent, quo par sit vtrinque conditio et coniuncta manus, quae eius est natura, mutuam Agnatis impertiatur successionem. *Priuil.* MAXIMIL. *Corp. Iur. Luſ. p. 453. verb.* Sie wären innerhalb oder außerhalb Landes. Lehns Ordn. §. wie denn auch ibid. p. 459. Ii vero, qui in Lusatia inferiori vel in prouinciis hereditariis Electoris Serenissimi feuda possident, pro exteris non habentur. Lehns Ordn. cit. loc.

§. XI.

Modus succedendi et inuestituram petendi.

Quae cum ita sint, extincto Vasallo, descendentibus feudalibus orbo, et de Successione Agnatorum non testato, feudum ad proximum eius Agnatum deuoluitur, remotior vero exclusus spe futuri euentus animum demulceat. Succedens postquam possessionem feudi delati adprehendit, eius officio conuenit, intra annum Saxonicum a die, quo de Vasalli agnati morte certior factus, Inuestituram a Curiae feudalis praeside petere atque libello supplici nomen suum manu ipsius subscribere. Oberlausizische Lehns Ordn. §. Se-zen ordnen, rc. *Corp. Iur. Luſ. p. 457.* Si nulla obstent impedimenta, dies praefigitur, et inuestiendo per schedulam nunciatur. Praefectus tamen Curiae Gorlicensis, antequam diem Inuestiturae decernat, ad Praesidem Curiae superioris tanquam Vicarium Praetoris prouincialis (Land Voigts) relationem, adiecta sua sententia, et transmissis Vasalli supplicibus, ac Instrumentis huc pertinentibus expedire debet, qui, si nihil subsit dubii, Decretum suum verbo solenni, *fiat* declarare solet. Condicto die Vasallus ipse duobus testibus Curiae Paribus stipatus comparere debet. Ex mandato tamen Potentissimi anno 1741. emanato, ii, qui a Secretioribus Augustissimi Regis sunt consiliis, et in collegio sanctiori sedem votumque quod dicitur, habent, potestatem per mandatarios Inuestituram accipiendi nacti sunt. Quod si minoris Ordinis Vasallus graues Excusationis causas praetexere possit,

possit, re cognita interdum ei per rescriptum necessitas personalis comparitionis remittitur. Titulo successionis edito, Vasallus iuramentum fidelitatis conceptis verbis iurat. Vinculo autem homagii iam antea Domino obstricto, et plura feuda possidenti feudatario, in acquisitione feudi recenti, repetitio Sacramenti non iniungitur, sed is tantum stipulata manu fidelitatem pollicetur. Quo facto nomine Augustissimi Domini inuestitura a Curiae feudalis Praesule peragitur, qui pileum Vasalli, altera cum parte manu tenentis, altera parte prehendit, feudum, Vasalli morte vacuum, suscipit, atque iterum praesentem eo inuestit. Impubis vel minorennis vel absentis in feudo succedentis, Tutores, Curatores vel propinqui iusto tempore Inuestituram rogare debent, ad quorum petita, impuberibus et minorennibus prorogatio Inuestiturae solenni Instrumento, factam Inuestiturae petitionem attestante, vsque ad annum aetatis 21. conceditur, quem adepti, intra annum et diem Inuestituram feudi praeuio Iuramento fidelitatis et subiectionis subire, absentes vero in eodem spatio redire nec non pari modo suo officio satisfacere obstringuntur, *vid.* Lehns-Ordn. §. Mit denen Unmündigen, *Corp. Iur. Lus. p. 458.*

§. XII.

Licet autem Agnatus Iure proprio et ex priuilegio prouinciali, Vasallo sine prole masculina rebus humanis erepto succedat, multa tamen a libero eius, cui succeditur, arbitrio et beneficio dependent. Tantum enim abest, vt hac ex parte moribus Lusatiae superior. conueniat Iuris feudalis communis et Saxonicae Electoralis dispositio, quae agnatos et simul inuestitos in feudo succedentes ad aes alienum, a Vasallo contractum soluendum minime obligat, *Edict. Torgau. d. a. 1583. Tit.* welchergestalt die Agnaten §. Dieweil aber dennoch ꝛc. CARPZ. *P. 2. C. 46. def. 1. 2. 3.* STRVV. *S. I. F. C. 14. aph. 2.* nec eos hypothecam citra eorum consensum *Quae ab agnato succedente praestanda.*

consti-

constitutam, validam agnoscere iubet, *II. F. 39.* CARPZ. *l. c. def. 5. Cod. Aug. P. 1. p. 101.*; vt potius Agnati nostri non solum omnia nomina et debita, quibus defunctus possessor feudum onerauerat, in se suscipere, sed etiam vti Vasallo viuo omnes eius dispositiones de feudo et cuiusuis generis alienationes pati tenentur, ita et eo defuncto oppignorationes, hypothecas tam iudiciales quam extraiudiciales ratas habere et fidem agnati antecessoris ad assem liberare non possint detrectari. Quid? quod agnatus proximus feudum sibi Vasalli testamento eripi, et remotiori agnato heredem in eo scribi, patienter ferat, necesse est. Qua occasione de potestate Vasalli libera, circa feudum, quaedam notatu digna adstruere, iubet argumenti grauitas.

§. XIII.

Libera Vasall. Lusat. super. dispositio de feudo exponitur.

Antiquo Iure beneficiario Longobardico feudum certo modo certisque casibus inscio inuitoque Domino alienare licebat *II. F. 9.* Sicuti vero restricta haec libertas, Imperatorum Constitutionibus sublata ad nihilum recidit, ita longe latius patet Vasallorum Lusat. super. potestas. Enim vero libera competit, in patria Vasallo, facultas feudum absque Consensu Domini expresso quocunque modo pro lubitu alienandi, per Venditionem, Donationem inter viuos, Transactionem, Permutationem ad quemlibet transferendi; illud in solutum et in dotem siue filiae siue feminae extraneae dandi, dotalitium in eo constituendi, pignori istud et hypothecae obligandi, in emphyteusin concedendi, dismembrandi et pertinentias ad aliena praedia translocandi, verbo omnis generis alienationes inconsultis et inuitis Agnatis valide celebrandi, quin et de feudo ipso inter agnatos et quoad habiles personas testamentum condendi, et remotissimo in septimo gradu constituto Agnato, in taedium proximi, rem clientelarem attribuendi.

§. XIV.

§. XIV.

Origo liberae feudi alienationis falso Ferdinando I. tribuitur.

Quod ad originem abſolutae huius inter viuos poteſtatis attinet, plurimos, qui hoc argumentum attingunt, eam non niſi ex gratia FERDINANDI I., qua anno 1544. Luſatiae ſuper. Vaſallos clementiſſime ornauit, deducere intellexi, cui ſcholae adhaerent Illuſt. a LEVBNIZ *in diſſert. de alienat. feudor. Luſ. ſuper. S. II. §. 3. ſeq.*, BASTINELLER *in diſſert. de Priuileg.* FERDINAND. *ad mediat. vtriusque Luſatiae Vaſallos non extendend. §. 3.*, GOD. LVD. MENKEN *in diſſ. de illicita feudi alienabilis alienatione §. 9.* STRYK. *in diſſert. de feudis Luſat. ſuper. C. 2. §. 8.*, SIGEL *in Princip. Iur. feud. Cap. IX. §. 8.*, HEIDENREICH *de alienat. feudor. absque Domini agnat. et ſimult. Inueſtit. conſenſu Cap. 4. §. 1.* Quin et praeter BASTINELLERVM omnes modo laudati autores ſtatuere non dubitant, alienationem feudi, vi dicti Priuilegii, ſolum modo Vaſallis obaeratis et iis, qui prole maſculina carent, vigorem tamen corporis ſatis fortem prae ſe ferunt, conceſſam eſſe. Addunt quidam, MAXIMILIANVM II. et IOH. GEORG. I. impenſe hanc libertatem amplificaſſe, et HEIDENREICH. loco citato ſatis libere ratiocinatur, priuilegium Luſatiae Inferiori datum, quod cuiuis alienationem permittit, Luſatiae ſuperioris immunitatem multis nominibus antecellere. Verum enim vero in alia omnia me abire iubent, et priuilegiorum contenta et Iuris clientelaris analogia: Quantum enim ex rerum geſtarum monumentis et ex natura feudorum patriae, quae erant oblata, coniicere licet, antiquiſſimis iam temporibus Vaſallis Luſatiae ſuper. libera feuda alienandi fuit poteſtas, niſi feudum fuerit aperturae proximum. Quod ſi ergo Clientulus nullos procreauerat filios vel iis erat orbus, nec per pacta familiae a Sereniſſimis Bohemiae Regibus comprobata, agnatos ſecum ſimul inueſtiendos curauerat, caducitas feudi inſtabat, neque agnati ex diſpoſitione

Iur. Sax. feud. c. 32. pr. c. 21. ad fucceffionem eo tempore admittebantur. Priuilegium ideo FERDINANDI I. ad fupplices Vafallorum preces anno 1544. indultum, *Corp. Iur. Luf. p. 197.* cafus aperturae proximos praefupponit, et Vafallis, prole mafculina carentibus, qui vel alieno aere obruti, vel tanto adhuc vigore corporis iuuenili excellunt, vt equum generofum thorace induti ferrea, infpiciente prouinciae praetore vel eius vicario, a terra poffint confcendere, alienationem gratiofiffime permifit. Etenim hic duos ponit cafus Auguftiffimus Concedens, in quibus imminentem feudi caducitatem non adeo magna commoda ipfi allaturam effe iudicabat. Si enim feudum aere alieno preffum fiebat apertum, Domini tanquam fucceffcris erat, nomina haec in fe fufcipere et fidem Vafalli, qui feudum pro eius indole aere alieno obruere poterat, liberare. Hic ergo nihil vel parum lucri. Si contra Vafallus ditioris effet conditionis, et prole feudali quidem adhuc deftitueretur, potentiam tamen generandi per firmitatem lacertorum et robuftas corporis vires publico fpecimine poffit probatam reddere, lubrica erat fpes de caducitate feudi concepta. Sane analogiam et omnem rationem Iuris feudalis perturbaremus, fi alienandi facultatem ad eos vnice Vafallos reftringeremus, quorum feuda ad caducitatem funt redacta, iis vero clientibus, qui defcendentes habent mafculos, et vbi nihil inde detrimenti in Dominum redundat, praefacte denegaremus.

Multo potius ex rectis ratiocinandi principiis ita argumentari fas eft. Si ii certo modo poffunt alienare feuda, qui heredibus carent feudalibus, quanto magis illis, qui mafculam fufceperunt fobolem licebit? Nefcit hoc cafu laefionem, nefcit iacturam Dominus, neque vllae adfunt aemulationis aduerfus eum fufpiciones, qua Vafallus ipfum fpe priuare velit fucceffionis. Quid multa? Priuilegium ipfum FERDINANDI I. gratiofiffimum expreffe cauet, munificen-

nificentiam hanc minime in praeiudicium et odium eorum, *qui Simultanee Inuestitis* gaudent, vel *qui Descendentes susceperunt feudales* esse detorquendum, nec iis feudum alienaturis specimen illud firmitatis lacertorum esse iniungendum. Ratio est in promtu. Vasalli filiis florentes, vel in communi manu existentes, feudi alienatione Domino nihil detrimenti afferunt, hisque iam antiquo Iure facultas feuda caducitati non proxima distrahendi competebat, ideo nec ad eam consequendam, experimentum aliquod virium praestare debebant. Postquam autem MAXIMILIANVS II. Imperator Agnatis Vasallorum intra septimum gradum simultaneam Inuestituram largitus est, et ea non obstante Vasallis, prole masculina licet carentibus liberam de feudis dispositionem firmatam dederit, rarissime autem eueniat, Vasallo improli adeo remotiores septimum gradum vsque non suppetere agnatos, inde non mirandum, vsum priuilegii FERDINANDINI in ordinatione feudali §. Wir laßen aber *Corp. Iur. Lus. p. 463.* denuo confirmati, hodie fere exoleuisse, illudque eo demum casu, si cliens fiduciarius, cui nec descendentes feudales, nec agnati nec amici simul Inuestiti superstites sunt, vel aere alieno prematur, vel documentum iuuenilis roboris publicum edere possit, vtilitatem praebere.

§. XV.

Libera haec Vasalli potestas alienandi quoad actus inter viuos est absoluta nullis limitibus circumscripta, vi cuius, feudum quolibet modo ad quosuis, siue mares siue feminas, siue suam vxorem transferre potest, quod frustra et sine ratione negat STRYK. *in differt. de differ. Iur. Sax. feud. a Iure comm. §. 20.* Neque causas venditionis allegare vel animum, qua mente eam suscipiat, aperire tenetur, imo et de pretio siue pecunia ex feudi venditione redacta licet non ab emtore soluta, in vltima voluntate sicut alia de *Feminae feudorum masculinorum capaces.*

 re

re ſua libere ordinare valet. Sicco pede hic praetereundum non erit, feminas in Luſat. ſuper. quoad acquiſitionem inter viuos capaces eſſe omnium feudorum maſculorum, eaque titulo emtionis, ceſſionis, donationis, permutationis, valide acquirere, feudum tamen alienatione ad feminam translatum, inde femininum non effici, potius in patria illud tantum feudum femininum eſſe, in quo et feminae ſuccedunt, quo ſenſu et hodie a plurimis Iuris feudalis Interpretibus ſumitur, SIGEL *de litt. Inueſt. Cap. 5. §. 13.* Neque hoc modo feudi recti natura mutatur, ſiquidem feudum alienatur vt feudum; Ideoque et in feudo maſculino a femina per emtionem acquiſito, nunquam mulieribus facultas ſuccedendi conceditur, ſed acquirente defuncta, et nullos deſcendentes feudales relinquente, feudum, quum agnati in mulierem non cadant, ad expreſſa conuentione ſimul inueſtitos et his deficientibus ad Sereniſſimum Dominum tranſit. Neque tibi velim ſit offendiculo textus in ordinatione feudali Luſat. §. Ob nun zwar *verſ.* Dieweil aber dennoch *Corp. Iur. Luſ. p. 460.* ibi verba: noch daß ſie, die Lehn-Güter, auf Weiblich Geſchlecht könnten gebracht werden, verſtattet; quae, res clientelares ad ſexum ſequiorem transferri poſſe, negare videntur; Sed ſalua res eſt; Agitur enim eo loco de ſucceſſione ex teſtamento, et Vaſallo licentia de feudo teſtandi, idque hoc modo mulieribus tribuendi interdicitur, quod vero ad actus inter viuos non extendendum, potius in eadem Conſtitutione §. Wir wollen aber verſ. Ingleichen da Weibes Perſonen, *Corp. Iur. Luſ. p. 463.* feminis poteſtas ſibi comparandi feuda expreſſe addicitur.

Feuda tamen inde non fiunt feminina.

§. XVI.

Hypotheca feudi extraiudicialis valida.

Quum oppignoratio ſit ſpecies alienationis, quaeritur an hypotheca feudi extraiudicialis valida ſit, et aes alienum eo nomine contractum ab agnato ſuccedente, ſi Vaſalli defuncti

functi heres non sit, solui debeat. Negantes quidem prouocant ad Ordinationem feudalem Lus. §. Alß erklären wir, *Corp. Iur. Lus. p. 461.* vbi verba: Daß ein ieder Besitzer sein Lehn Gut inter vivos alieniren, verkauffen und verwechseln iudicialiter et extraiudicialiter, doch solches die Aemter zu Verhütung allerhand Unordnung zu benachrichtigen, verpfänden, vergeben und verwenden, Leibgeding, Innhalts der Amts-Ordnung, darauf zu machen Fug und Macht haben. Sed re curatius perspecta affirmantium castra sequi et pro validitate hypothecae extraiudicialis iudicium ferre tutius videtur; Etenim in cujuslibet possessoris situm est potestate, feudum vel inuitis agnatis et simultanee Inuestitis et sine speciali Domini consensu, pro lubitu vendere et alienare. Multo minus ergo ei facultas feudum in totum et pro parte iudicialiter oppignorandi abnuenda. Non debet autem cui plus licet quod minus est, non licere, *l. 121. ff. de R. I.* Et quanquam dicta ordinatio feudalis, alienationum notificationem Curiis faciendam moneat, attamen clausula illa, vi contextus, et Rationes Decid. in causa hypothecaria, Comit. a HOYM et Raussendorff. in summo prouocationum Iudicio ao. 1719. diiudicata, verb. Die angezogene Wortte, von Benachrichtigung der Aemter nur auf die Verkauffung und Verwechßelung derer Güter gerichtet, docent, proprie venditionem et permutationem non vero feudorum oppignorationem respicit, atque ipsa alienationem extraiudicialem validam esse profitetur. Ponamus etiam ea, quae de notificatione iudiciali ibi proposita sunt ad oppignorationem, tanquam speciem alienationis extendendam esse, ea tamen commendatio, non constituit requisitum essentiale, multo minus neglecta hac notificatione actus fit irritus vel nullus, cum alioquin consequens foret, emtionem venditionem extraiudicialem non esse perfectam, quam tamen validam omnino pronunciat Serenissimus Elector in

Dubium remouetur.

Sanctione Cancellariae *Tit. 8. Corp. Iur. Luſ. p. 71. Conf. Conſtitutio de Arreſtis §. 2. ibid. p. 38.* Atque praxis quotidiana ſententiam hanc in dies confirmat. Ita iudicatum in cauſa CH. HENRICI, Adminiſtratoris der Budißiniſchen Kirchen und Hoſpitals zum Taucher contra H. C. von Noſtiz auf Leichnam. Porro in cauſa dicti Comitis a HOYM et Rauſſendorff, in cauſa Fr. B. S. T. von Uchtriz et H. C. A. von Löben et aliis.

Non tamen hypoth. extra-iud. operatur ius reale, contra tert. poſſ. nec in Concurſu attenditur.

Ex his deductis facile eſt intellectu, citata verba, tantum conſilii loco eſſe adhibita. In Concurſu Creditorum vero hypothecae conuentionales nulla prioritate gaudent, ſed nudis chirographis aequiparanda, et ſi in praeſentia quorundam teſtium fuerit conſtituta, eiusmodi hypotheca Arreſtis in ordine poſtponitur et ita quoque contra tertium poſſeſſorem nullam producit actionem *conf.* Oberlauſiziſche Ger. Ordn. *Corp. Iur. Luſ. p. 27. in fin. et 28.*

§. XVII.

Inuitis agnatis Vaſallus transmutationem feudi in allodium impetrat.

Rebus ita compoſitis, Agnati, quibus nullum ius contradicendi competit, neque executionem nec immiſſionem in feudum Vaſalli obaerati impedire queunt. Vnde etiam liquet, quod ipſis inuitis Vaſallus a Domino transmutationem feudi in allodium valide poſſit impetrare, qui et ſaepius petitis clementiſſime annuit. Ordines enim Luſatiae, quum Priuilegium communis manus a MAXIMILIANO II. expeterent, pro ſe ſuisque deſcendentibus et ſucceſſoribus feudalibus, generalem conſenſum in omnes actus Vaſallorum cuiusuis generis non obſtante coniuncta manu abſolute ſubminiſtrarunt, atque ipſi Potentiſſimo Regi auctores fuere, vt libera cuique Vaſallo de feudo pro arbitrio diſpenſandi relinqueretur facultas. *Ord. Feud. d. a. 1653. §.* Ob nun zwar *ibi:* Die Kayſerl. Maj. auch, alß damahliger Lehns Herr, ſowohl die Agnaten und Lehnfolger hierzu ihren Consens in

Gemein

Gemein einmahl ertheilet, und sich ihres Rechten begeben. rc. *Corp. Iur. Lus. p. 460.* Itaque quod maiores vno ore sibi inuicem remiserunt et stipulati sunt, posteros iam rescindere et ad iura renunciata resilire velle, nefas est.

§. XVIII.

Libera Vasalli dispositio restricta ad actus inter viuos.

Ceterum libera haec dispositio pro obiecto habet actus Vasalli inter viuos, non vero actus vltimae voluntatis complectitur, vbi regulariter interdicta feudatario licentia. Teste quidem BRVNNEMANNO *Cons. 39. no. 3. p. m. 216,* Priuilegium MAXIMILIANEVM, amplissimam Vasallorum potestatem confirmans, etiam constanti obseruantia fori, ad testamenta et alias mortis causa dispositiones, applicatum fuit ita, vt innumera testamenta ex eo tempore de feudis condita, aeque ac rata et iusta pronunciata fuerint. At enim vero interpretatio haec vsualis Serenissimo Principi Electori Saxon. IOH. GEORG. I. a mente Augustissimi concedentis et natura feudali alienissima fuit visa. Quapropter liberam hanc Vasallorum facultatem ad actus inter viuos restrinxit, *in Ordinat. feud. §.* Als erklären wir *Corp. Iur. Lus. p. 461.*, ne feuda masculina pro Vasallorum arbitrio in allodia vel feminina mutarentur. Quae tamen summa eius fuit indulgentia, licentiam de feudis testandi, quae iam increbuerat, plane ad nihilum recidere non passus fuit, sed in solatium recreationemque Vasallorum quosdam actus a prohibitione ista excepit. Cuilibet enim Vasallorum, de feudo ratione agnatorum intra septimum gradum existentium testamentum ordinandi, concessit facultatem. Ea praeditus feudatarius, ordinem succedendi prout ipsi videtur, peruertit, Agnatum quem maiori amore prosequitur, successorem feudi constituit, atque remotissimo in praeiudicium proximi Agnati, rem clientelarem recte addicit, *vid. Ordinat. feud. §.* Weiln auch die rc. *Corp. Iur. Lus. p. 463.* Quin etiam Vasallo patri vel fratri, quem descen-

Olim et testamenta de feudis indistincte condita.

Concessa est adhuc testamenti factio in duobus casibus.

dentes

dentes feudales deficiunt integrum est, per vltimam voluntatem, et filiae et sorori relinquere dotem instar legitimae, eoque onere grauare quemcunque feudi possessorem, ita vt praestetur ex feudo etiam antiquo, licet non deficiat allodium *vid.* Lehns Ordnung §. Wir wollen aber, *C. I. L. p. 463.* consulatur B. a LVDWIG *differt. de differentiis Iuris Commun. et Lusat. feud. in legitima et dote:* Portio tamen haec filiae sororiue scripta in nexu remanet Iuris beneficiarii, nec naturam induit allodii, nec necessario relinquenda, sed omne earum ius dependet a beneficio et arbitrio Vasalli patris fratrisue. Ita si nihil de legitima vel dote dispositum fuerit in vltima voluntate, nihil quoque eo nomine filiae sororiue ex feudo tam nouo quam antiquo debetur.

§. XIX.

Ex deductis quilibet cognoscet, B. STRYK., qui *in dissert. de feudis Lus. sup. C. 2. §. 35.* autumat, agnatum in testamento grauari non posse, in errore versari. Actus enim, quos validos renunciant Leges et Iura prouincialia, agnati impugnare nequeunt. Vti vero vno mutato naturali, reliqua mutata non censentur, ita ex alienatione feudi inuitis simultanee Inuestitis licita, non corruit eorum Ius protimiseos et reluitiónis. Namque in alienationibus, vbi occurrunt aequales praestationes v. g. in venditione, et subhastatione, integrum Agnato proximo est, Ius exercere protimiseos atque pro eodem pretio oblato feudum acquirere. Quem in finem ordinatio feudalis Lusat. §. Alß erklären wir rc. vers. Dieweiln aber. *Corp. Iur. Lus. p. 462.* Vasallo feudum vendituro necessitatem iniungit, illud agnato proximo pro eodem pretio offerendi, qui intra trimestre tempus a tempore oblationis aut renunciare feudo, aut se ad solutionem pretii conuenti paratum, in locum feudum ementis substitui postulare debet. In subhastationibus vero annus et dies a tempore adiudicationis, agnatis aeque ac Debitori

Saluum manet Agnatis Ius protimiseos et reluitionis.

tori communi, ad reluitionem praestitutus est, siue licitans sit Creditor siue extraneus, et qui ad reluitionem se offert, expensas in meliorationem praedii erogatas emtori refundere obstrictus est. vid. Ober-Laußitzische Amts Ger. Ordn. *Part. 2. tit.* Hoff-Gerichten *§. 4. p. 33. conf.* GRIBNER *dissert. de differ. Iur. Sax. et Lusat. in luitione fundi sub hasta vend.* Impetrare tamen a me non possum, vt subscribam sententiae B. STRYKII, qui in *dissert. de feud. Lusat. super. C. 2. §. 18.* ius retractus, vbi contractum iam consummatum, traditio rei venditae subsecuta fuit, Agnato tribuit contra tertium possessorem. Enim vero huic sententiae repugnat sanctio feudalis Lus., quae, §. Dieweiln aber *Corp. Iur. Lus. p. 462.* expresse tantum indulget den Vorkauff, atque venditori imperat, die Antragung des Gutes, quod iuri retractus non conuenit, et denique agnato nil nisi ius in den Kauff zu treten concedit. Quae verba praesupponunt rem integram et nondum alienatam, vnde et fit, quod si perfectam venditionem traditio subsecuta fuit, vel hac, ex inopinata venditoris morte, deficiente, possessionem emtor adprehenderit, contra eum agnato nulla nascatur actio. Negandum quidem non est, in alienatione iudiciali agnatis ius esse concessum, praedium adiudicatum oblato pretio intra annum reluendi, sed hoc singulare in sanctione nostra ad alienationem extraiudicialem, vti STRYKIVS putat, extensum fuisse, nullibi fundatum. Multo potius in laudata Lege §. Ob nun zwar *C. I. L. p. 461.* agnatis ius redimendi penitus negatur, proinde et ius retractus tanquam species redemtionis, ipsis non erit largiendum.

non vero Ius retractus in alienatione voluntaria.

§. XX.

Agnati simult. Inuest. nullas subeunt praestationes.

Quantacunque autem sint Priuilegia in fauorem Vasallorum introducta, et quamuis agnatis nullum ius Vasalli actiones prohibendi vel impugnandi competat, sed eis spe incertissimae successionis acquiescendum sit, non tamen habent, de quo queri possint. Vt enim taceam, maiores eo-

rum iuri omni prohibitiuo animo deliberato nuntium misisse, atque inter sese, liberas sibi circa feuda dispositiones tribuendo, conspirasse, et aequalem subinde esse singulorum conditionem, ab omnibus sane praestationibus oneribusue, quibus aliis in terris simul Inuestiti subiiciuntur, nostrae Communi manui addicti sunt immunes. Nulla enim hic fidelitatis promissio, nulla in Inuestitura Vasalli iuramenti praestatio. Si in exteris prouinciis domicilium habeant, haec coniuncta manus non eos Iurisdictioni huius regionis reddit obnoxios; Mutatio siue fiat in manu dominante siue in manu seruiente, in neutro casu renouationem Inuestiturae petere tenentur, vsque demum euentus delatae successionis extiterit, et ipsi possessionem realem apprehenderint, id quod ad fratres, eosque agnatos est extendendum, qui feudum commune diuiserunt, vbi quilibet suae tantum portionis inuestituram rogat, circa reliquam partem vero Communem manum sibi tacite conseruat vid. Oberlausitz. Lehns Ordn. §. Mit denen unmündigen *vers.* Do auch Brüder, *Corp. Iur. Lus. p. 458.*

Nec Inuestituram renouant.

Imperauerat quidem anno *1652.* Serenissimus Princeps renouationem Inuestiturae nostris Vasallis. Quum autem hoc moribus patriae et indoli feudorum Lusatiae super. esset inconcinnum, vtpote quae sua natura alienabilia, adeoque pro lubitu Vasalli, spe frustrari possent simul Inuestiti, et a successione prorsus excludi, et inde incongruum esse videretur ob spem adeo incertam, saepe sumtus erogare, summus Legislator, his rationibus ab Ordine vtroque adductis commotus, consuetudinem, quae renouationem Inuestiturae ignorauerat, confirmauit, agnatisque in Communi manu existentibus hoc onus clementissime remisit in Ord. Feud. d. a. 1653. §. Setzen, ordnen und wollen demnach, daß nunmehro und zu ewigen Zeiten kein Mit-Belehnter schuldig seyn solle die Lehen der gesamten Hand zu suchen und zu muthen, es sey denn daß er zur erledigten

Possess

Poſſeſſ des angeſtammten Lehn-Gutes, würcklich gelanget. *Corp. Iur. Luſ. p. 457.*

§. XXI.

Pergimus iam ad alterum diſſertationis noſtrae Caput, eam ſimultaneam Inueſtituram expoſituri, quae ex conuentione inter Vaſallum et eius amicos electos, de dominio vtili eiusque exercitio euentuali in hos tranferendo, inita proficiſcitur. Quaeſtionem ſtatus praeiudicialem hic nobis mouet B. a LVDEWIG, qui in *diſſert. de differ. Iur. comm. et Saxon. in Simult. Inueſtit. Cap. 5. differ.* 2. temere propugnat, nullam in Luſat. ſuper. dari ſimultaneam Inueſtituram conuentionalem, et ad eundem lapidem offendit ESTOR in auserleſenen Schriften *P. I. p. 87. §. 18.* Fundamentum erroris ille ponit in Priuilegio MAXIMILIANEO, quo iam omnibus agnatis Communis manus ad ſeptimum vſque gradum ſit conceſſa.

Simultanea Inueſtitura conuentionalis explanatur.

Notatur B. a. LVDEWIG.

Vti vero vnius rei poſitio, non eſt alterius excluſio, ita hoc Priuilegium Vaſallo nullibi poteſtatem ſimultan. Inueſtiendos praeſentandi ſuſtulit. Quod autem in alicuius fauorem eſt introductum in eius odium non debet detorqueri. Quin potius in ipſo Priuilegio MAXIMILIANEO iterum iterumque dicitur, communi Agnatorum manui, tantum deficiente ſimult. Inueſtitura ſpeciali locum eſſe relinquendum. Praeterea Ordinatio feudalis §. Wir wollen aber *Corp. Iur. Luſ. p. 463.* expreſſis verbis, mulieribus, feudum nouum acquirentibus, permittit propinquos ſuos vel amicos in Communem manum cooptare. Differentias, quae inter hanc ſpecialem vel conuentionalem, et inter generalem vel legalem Simultaneam Inueſtituram intercedunt, §. VI. exhibuimus.

§. XXII.

Quum iam expedita ſit haec communis Luſatiae ſuperio-

Indoles ſimult. Inueſt.

tum est consanguinitati vel agnationi, sed in arbitrio Vasalli est positum, in quos suorum amicorum simultaneam Inuestituram velit conferri. Nunquam ea iure proprio et dissentiente Vasallo acquiritur, sed vtriusque et feudatarii et simul Inuestiendi consensus concurrat necesse est. Transfert haec communis manus pariter atque altera species dominium vtile in feudo eiusque exercitium euentuale. Simul Inuestitus consequitur quidem ius ratione Domini constans, et nisi feudum alienetur irreuocabile. Dominium vero vtile ante euentum sine effectibus intelligitur, et quamdiu ius principalis Vasalli durat, simul Inuestitus a communione emolumentorum arcetur. Differt tamen hoc Ius ab expectatiua, vbi praeter Vasalli consensum *Dominus solus* de feudo alteri relinquendo sub conditione, si ad ipsum redierit, dat fidem. Neque Expectiuatus contra tertium possessorem actionem realem, vti simul Inuestitus casu vacationis existente, sed tantum contra promittentem personalem instituere potest *II. F. 7. in fin.* STRVV. *S. I. F. c. 7. aph. 7. n. 2.*

§. XXIII.

Modus simult. Inuestitur. constituendi.

Modus quo simultanea haec Inuestitura in Lusat. super. conficitur, ita sese habet. Vasallus feudum nouum acquirens vel mas vel femina petendo inuestituram, eligit sibi quosdam ex amicis quorum familiaritate vtitur, atque quod vt plurimum fit, sibi ab ipsis litteras reuersales stipulatur. Electos simul Inuestiendos curiae feudalis praesidi, in libello quo flagitat inuestituram designat, ordinem succedendi, quem velit, indicat, in termino praesentationem hanc verbalem repetit, litteras Reuersales a simul Inuestiendis exhibitas in authentico producit, et vt eius exemplum vidimatum ad acta feudalia registretur rogat. Quo facto, Vasallus, praestito homagio, ipso feudo inuestitur.

Feminae Vasallae feudi curator datur.

Femina feudum masculinum titulo quodam inter viros acquirens, ipsa quidem iusto tempore sine Curatoris consensu Inuestituram per libellum supplicem, cui nomen suum manu subscribit,

ſcribit, flagitat, inſimulque Communi manui initiandos denominat, in alia tamen ſchedula petit, vt ad actum Inueſtiturae rite celebrandum, Curator ſpecialis e Paribus Curiae, in quo fiduciam collocat, conſtituatur. Qui a Curia conſtitutus in termino praefixo, loco Vaſallae, tanquam eius procurator legatus comparet, in animam curandae iurat et Inueſtituram illius nomine accipit. Expedito Inueſtiturae actu, mox a die Inueſtiturae exſpirat Cura haec ſpecialis, nec ex recenti hoc nexu feudali quicquam penes hunc Curatorem reſidet, multo minus ratione huius feudi praeſtationes quasdam vel ſeruitia ſubit, nec mutatione in manu dominante contingente, renouationem inueſtiturae petit, ſed omne ius feudi confeſtim in Vaſallam ipſam acquirentem transfertur, nec perpetuo Curatore feudi indiget mulier feudataria, quin ſi res circa feudales, quis ei negotium aliquod faceſſat, Curatoris ſexus iuuamine vtitur. Inde per ſe patet, defuncto poſt Inueſtituram feudi Curatore, non alium eſſe conſtituendum; quam curiae feudalis Luſaticae conſuetudinem maxime a Iure Saxon. Electorali deflectere in aprico eſt. Peracta Inueſtitura, Communem manum perſonis denominatis Curia feudalis profitetur, et eam aeque ac ordinem ſuccedendi a Vaſallo praeſcriptam litteris Inueſtiturae diſtincte inſerit, nec non litteralium reuerſalium mentionem facit. Nullum hic ſimul Inueſtiendi factum proprium concurrit, nihil agit, ſed patitur tantum fieri, non petit Inueſtituram, nec homagio nec fidelitatis voto ſe obſtringit, nec Vaſalli inueſtiturae intereſt, ſed eo abſente omne negotium abſoluitur, in quo coniuncta haec manus a natura ſimultaneae Inueſtiturae Saxonicae Electoralis toto

Qui poſt Inueſtituram ceſſat.

non acquirit, ſed oblatio eius, homagium et Inueſtitura realis neceſſario praecedere debet.

§. XXIV.

Qui ſimult. Inueſtiturae capaces. Feminae excluduntur.

Ii autem omnes in ſimultaneam Inueſtituram cooptari poſſunt, qui ſucceſſionis in feudo proprio ſunt capaces. Quapropter feminas, vti a ſucceſſione feudali, ita et a ſimultanea Inueſtitura prohiberi fas eſt. Nihil vero obſtat, quo minus maritus ab vxore feudum acquirente in ſimult. Inueſtit. poſſit recipi. Praeſentandi vel ſignificandi ſunt delecti, vti modo meminimus, ante Inueſtituram. Neque enim in Luſatia ſuperiori obtinet Sexennium illud, in Saxonia Electorali vi Reſcripti d. a 1702. *Cod. Aug. P. I. p. 1977.* Vaſallis indultum, intra quod ſpatium a die Inueſtiturae Vaſallo liberum ſimul Inueſtiendos praeſentare, et ſi ante elapſum hunc terminum diem obeat ſupremum, deſcendentibus eius poteſtas durante Sexennio quosdam ad communem manum offerendi datur. Animus praeſentantis ſimul Inueſtiendos hic eſt, vt non ſolum omnis omnino poteſtas cum feudo pro lubitu agendi penes eum remaneat nullis limitibus circumſcripta, nulla contradictione infringenda, ſed magnam quoque ſui iuris faciat acceſſionem.

Quando praeſentandi.

§. XXV.

Litterarum reuerſalium vſus.

Qua ex cauſa ab amicis Communi manui initiandis, in litteris reuerſalibus Vaſalli ſibi licentiam, de feudo per vltimam quamque voluntatem pro lubitu inter heredes allodiales diſponendi, concedendam curant, ita vt ſimul Inueſtiti quamcunque mortis cauſa diſpoſitionem a Vaſallo ordinatam ratam habere, eique morem gerere fidem dent. Quin et non raro in his codicillis conteſtantur communi manui adiuncti, ſe, Vaſallo vel eius deſcendentibus inteſtatis defunctis, feudum ad ſe deuolutum heredibus allodialibus ab inteſtato ſine poſſeſſionis apprehenſione eſſe commiſſuros. Praeprimis feminas feudis potitas, quibus proprie nulli ſunt agnati, de litteris eiusmodi reuerſalibus caute contexendis

texendis maxime folicitas esse, experientia docet. Dici non poteſt, quantum ex eo tempore, quo litterae Reuerſales introductae, tam in Saxonia quam Luſatia, per hoc medium, feminarum et cognatorum commodo ſit proſpectum, et quantum inde ſucceſſoribus feudalibus, agnatisue detrimenti iniiciatur, nec mirandum, Vaſallorum Luſatorum, qui ſimultanee inueſtitos expreſſa conuentione adſcitos habent, latiorem eſſe poteſtatem ac longe ampliorem iis, quorum Agnati tantum in Communi illa manu generali continentur. Certe, minus crebriores forent in ipſa Saxonia Electorali coniunctae manus, ſi litteras ignoraremus reuerſales.

§. XXVI.

Neque velim exiſtimes, feudum noui acquirentis agnatis licitum eſſe hanc ſimultaneam Inueſtituram, qua Ius ſuccedendi ipſis a MAXIMILIANO II. conceſſum et quaeſitum ſupprimitur, interpellare, vel huic inſtituto reluctari. Maiores enim, quod iam monui, noſtratium Vaſallorum hoc Priuilegium coniunctae manus enixe ſolicitantes, omnes cuiuscunque generis actus celebrandi poteſtatem mutuo ſibi inuicem tribuerunt, et omni iuri prohibendi in totum renunciarunt. Itaque commodis quidem Agnatorum conſulere, et iis ſucceſſionem euentualem ſuppeditare, non vero ſibi ipſis liberam poteſtatem, amicos in communem manum expreſſa conuentione recipiendi, praecidere voluerunt. Deficiente ergo demum ſimultanea Inueſtitura ſpeciali, locum ſibi vindicat Communis manus, a MAXIMILIANO ſtabilita; Et prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis. Ceterum

Agnatis nullum Ius hanc ſimult. Inueſtit. prohibendi.

enim ius acquirunt oblati, atque difficilius inuiti ad exhibendas Reuersales coguntur; Consultius erit, eos quos delegit cliens ante praesentationem adigere, vt codicillos promissos ipsi tradere non recusent: Confer. SIGELII *Dissertationes duae de litteris reuersalibus*, vbi et cautelas, circa eas adhibendas suppeditauit, iung. BAVER *de forma ac definit. commun. Sax. manus §. 41. seq.*

§. XXVII.

Simult. Inuestiti Lusati non aequales Saxonicis.

Ius feudale Saxonicum commune aeque ac Electorale non admittit simultanee Inuestitos, nisi qui homagio se deuinxerunt, et fidelitatem Vasalliticam iurato polliciti, de successione euentuali solenniter fuerunt inuestiti, HORN. *C. 12. §. 12. 13.* CARPZ. *P. 2. C. 45. def. 10. n. 7. I. F. S. C. 17. 16.* STRVV. *S. I. F. Cap, 10. aph. 1. §. 4. 5.* Quum vero neutrum horum cadat in communem Lusatorum manum, cuius candidati ne quidem verbis vel stipulata manu fidelitatem promittunt, et Inuestiti nullum Ius prohibendi vel contradicendi acquirant, inde facile intelliges, nostros simultanee Inuestitos, non aeque ac in Saxonia fit, dominium vtile praesentaneum consequi. Neque haec communis manus possessionem, vtpote quam simul Inuestiti feudo ad eos deuoluto adprehendere demum debent, nec ius incolatus nec domicilii tribuit, multo minus hoc modo asciti forum quoddam competens, vti in Saxonia Electorali fit CARPZ. *Proc. Tit. 3. art. 4. no. 49. seqq. Cod. Aug. P. I. p. 1963.*, in Curiis Lusat. superioris agnoscere tenentur. Conditio eorum parum a qualitate agnatorum in communi manu existentium differt, atque illi non minus ac hi omnes Vasalli actus inter viuos circa feudum susceptos aequo animo ferre tenentur.

§. XXVIII.

Simul. Inuestiti litt. reuersalibus non obstricti, feudi aliena-

Quaestio tamen hic suboritur non inutilis: An expresse simultanee Inuestiti, qui nullas litteras reuersales exhibuerunt, possint prohibere liberam Vasalli alienationem, cuius negatiuam propugnare, et exemplo illustrare conatus fui,

fui, in libello, quo CHRISTIANO HARTMANNO *Hamburg.* fummos in vtroque Iure honores anno 1744. gratulatus fum. Etenim Vafallus Lufatiae fup. ipfo Iure liberam prae fe fert facultatem de feudo difponendi, illudque pro lubitu ad alios titulo tam lucratiuo quam onerofo transferendi. Natura haec feudi alienabilis per cooptationem fimultanee Inueftiti non mutatur, neque Vafallum per hunc actum iuri fuo tacite renunciaffe fingi poteft, cum renunciatio in dubio non praefumatur. Neque enim plus Iuris eum in fimul Inueftitum concedere voluiffe credendum, quam quod falua fua poteftate poterat largiri, et quod leges domefticae agnatis in communi manu exiftentibus tribuunt. Beneficio quidem alios adficere, minime vero vincula fuae libertati iniicere, vel iuris fui tam fplendidi iacturam facere, potius id omni ftudio conferuare conftitutum habuit. Sique indolem feudorum Lufatiae fuper. diligentius perpenderis, inter ampliora Iura Vafallo competentia et fimultaneam Inueftituram non talem inuenies verfari contrarietatem, vt vtrumque haud fimul fubfiftere poffit, quod tamen alias ad renunciationem tacitam requiritur. Certe ita ratiocinari nihil vetat: Si iis inuitis, quos Ius prouinciale et fanguinis proprium fimultanee Inueftitos conftituit, Vafallus poteft libere feudum alienare, de eoque pro arbitrio difponere, confequens eft, eos, qui nullo iure proprio, fed ex beneficio et mera gratia Vafalli in communem manum recepti et in Agnatorum locum funt furrogati, Vafalli legitimos actus contradictionibus turbare eiusque commodis aduerfari nefas effe. Imperare ergo mihi

tionem prohibere nequeunt.

perſpectasue habuerit, non mirandum, eum iterum opinione ſua falli. Confundit enim ſimultaneam noſtram Inueſtituram cum pactis illis ſpecialibus ab Auguſtiſſimis Bohemiae Regibus quondam roboratis. Ratione horum non eo inficias, conuentionibus eiusmodi familiarum ſolennibus, quibus Vaſalli alienationi *expreſſe* renunciarunt, ſtandum eſſe, et iis, qui tali ſpecialiſſima manu continentur, inuitis Ius a maioribus quaeſitum interuerti non poſſe. Sed hoc particulare ad genus ſimultaneae Inueſtiturae frequentius, qua feuda noua acquirentes, amicos ſuos ſibi deuincire ſolent, Iuribus vero ſuis non renunciant, neutiquam extendenda. Praeterea actus, quos celebrandi poteſtatem ipſa lege conceſſam habet Vaſallus, ratam habere et inuiti tenentur ſimultanee Inueſtiti, licet eorum conditio fiat deterior *C. E. 25. P. 2. conf.* SIGEL *Diſſ. II. de litt. reuerſ. §. 16.* Itaque ſimul Inueſtiti Ius ſuum non alia lege acquirunt, quam ſaluo iſto Iure alienandi et ſaluo Priuilegio MAXIMILIANEO. Quid multa! Ipſae leges cum fori obſeruantia conſtanti, ſententiae meae ſuffragantur; et ordinatio feudalis §. Alſs erklären wir *Corp. Iur. Luſ. p. 462.* verbis ſolches alles ohne der Mitbelehnten *Conſens*, expreſſe ſimul Inueſtitis omne ius contradicendi vetat. conf. IAC. BORN. de *transmut. feudi in allod. §. 24.* HARTM. PIST. *Lib. 2. qu. 20. no. 17. 21. ſeq.*

§. XXIX.

Iura agnatis quaeſita et ſimul Inueſtitis extraneis competunt.

Licet autem ſimul expreſſe Inueſtiti, aequales agnatis in communi manu exiſtentibus, liberae Vaſalli alienationi repugnare nequeant, eadem tamen iura, quae agnatis Iure Luſatico competunt, et ipſi exercere poſſunt. Namque ii, quos amica Vaſalli voluntas in ſimultaneam Inueſtituram expreſſe adſciuit, in Agnatorum locum ſubſtituuntur, inde et horum iura inſimul in illos transeunt. Nemo ergo in dubium vocabit, Ius protimiſeos in venditione feudi ſimul Inueſtitis, niſi ei renunciauerint, compet[illegible] Quapropter eo adduci non potero, vt aſſentiar [illegible]STRYK.

qui

qui in *diſſert. de feudis Luſ. ſuper. §. 18.* tam Ius protimiſeos quam retractus noſtris ſimul Inueſtitis denegat. Rationes quas affert et autoritates doctorum potius pro nobis quam contra militant. Agnatorum enim, quibus ad normam Iuris Luſatici protimiſeos ius concedit, locum occupant noſtri ſimul Inueſtiti. Iisdem igitur iuribus in dubio frui debent. Quid? quod in ordinatione prouinciali d. a. 1582. Tit. zu welchen Zeiten *Corp. Iur. Luſat. p. 283.* expreſſe eſt ſancitum, in alienatione feudorum ſimul Inueſtitis praecipuum ius in illis conſequendis relinquendum, eosque his in negotiis, aliis eſſe praeferendos. Negandum interim non eſt, ſimul Inueſtiendos ad inſtantes Vaſalli flagitationes litteris reuerſalibus Iure hoc ſicut reliquis ſaepiſſime cedere.

§. XXX.

A renouatione Inueſtiturae immunes ſimul Inueſtiti.

Quotiescunque autem poſſeſſio feudi per mortem Domini vel Vaſalli poſſeſſoris interrumpitur, quouis caſu, a renouatione Inueſtiturae, huius communi manui adſcripti ſunt immunes, et eadem ratione, quae agnatos ab hoc onere liberat, quam conſuetudinem ratam quoque habuit Sereniſſimus Elector in Ordinatione feudali §. Sezen, wollen und ordnen, in fine *Corp. Iur. Luſ. p. 457.* Sane ſi dicam, quod res eſt, renouatio Inueſtiturae ſimultaneae, pro indole Coniunctae Luſatorum manus haud adaequata eſſe videtur. Quo pacto enim ei impones neceſſitatem *renouandi* inueſtituram, qui *primam* nunquam petiit, multo minus actu traditam accepit.

§. XXXI.

Succedunt quoque loco

Quod ad ſucceſſionem attinet, Agnatorum nulla hic ratio habetur, ſed ſimul inueſtiti ſecundum ordinem ſua

poſtquam de ea inueſtiti fuerunt, cedere tenentur. Si vero, quod rariſſime contingit, codicillis reuerſalibus feudatarius ſibi non proſpexerit, iisdem ac agnati iuribus gaudent ſpecialiter ſimul Inueſtiti, eodemque modo feudum ſucceſſionis titulo nanciſcuntur.

§. XXXII.

Modus ſuccedendi.

Quod ſi caſus delationis vel ſucceſſionis extiterit, ſimul Inueſtitus poſſeſſionem feudi apprehendit, dein intra annum et diem mortem Vaſalli, ſuumque Ius ſuccedendi Curiae feudali commonſtrat, eodemque libello ſupplice inueſtituram petit. Praeſtituto die ipſe compareat neceſſe eſt, niſi mandatarius in caſibus exceptis §. XI. allegatis admittatur; et in praeſentia 2. teſtium parium Curiae iuramentum fidelitatis praeſtat, quo tamen liberatur, ſi aliud feudum, ratione cuius homagio ſe obſtrinxit, adhuc poſſidet.

§. XXXIII.

Quomodo tollatur vtraque Communis manus.

Tollitur vtraque ſimultanea Inueſtitura et legalis et conuentionalis per quamcunque alienationem feudi a Vaſallo inter viuos ſuſceptam, qua Ius ſuccedendi in Inueſtitura alienantis vel eius maiorum agnatis conceſſum in prima initia reſoluitur, et ad nihilum recidit, nexus etiam qui inter venditorem et ſuos ſimul inueſtitos, agnatosue intercedebat, plane iam diſſoluitur, atque emtori, vel alio titulo feudum acquirenti integrum eſt, pro arbitrio amicos ſuos ſimul ſecum inueſtiendos praeſentare. Praeterea in ſanctione [illegible]ciorum *Luſ. ſup. Cap. 5. C. I. L. p. 41.* conſtitutum eſt, illum Agnatum proximiorem, qui tutelam Vaſalli pupilli ſuſcipere recuſat, iacturam facere ſucceſſionis feudi, cuius vacationem exſpectat. Communi quoque huic manui tanquam fauori pro ſe introducto renunciare non prohibentur ſimul inueſtiti; Sed huius rei cauſa Vaſalli per litteras reuerſales ſibi ſtipulari ſolent, communi manui adiunctos nunquam inuito Vaſallo eiusque deſcendentibus ſimultaneam inueſtituram eſſe dimiſſuros.